

haudquaquam obscura, cum et convenientes quoque rationes luculenter testantur; monumenta quidem, quae optima nota, et indubitatae fidei Historicus, Moyses Choronenfis, quarti post Christum natum saeculi Scriptor, collectis priorum Chaldaeorum, graecorumque schedis ab interitu vindicata nobis reliquit, rationes vero, quae tum ex antiquissimis nominibus propriis virorum et locorum Armenicis, tum ex ipsius Linguae satis, natura et indole petuntur. Primum uti suae gentis, ita et Linguae conditorem Haicum habuerunt